denter examinatis, ac approbatis, quorum nomina in libro Confirmatorum describi mandavit.

De Ecclesia S. Leonardi

Sita est in Suburbio, et ibidem erecta est Societas eiusdem Tit., cuius Sodales utuntur vestibus albis, et pro cuius bono regimine recolendae Mem. Epus Alciotti in sua Visit. fol. 106, nonnulla decreta exaravit, quae Illmus D. omnino servari mandavit, et

Primo, quod deputetur singulis Annis die Mercurij post 3.am festum Paschatis Resurrectionis Officialis sub nomine Prioris

Secundo, quod Sacristanus nulla possit facere expensam, nisi cum mandato subscripto a Priore, usque ad summam scutorum trium, et in casu maioris summae nisi de lic. Epi, sive Vicarij Generalis

Tertio quod Locari nequeant bona, nisi de licentia ut supra

Quarto, quod exactis Creditis pecuniae deponantur in monte Pietatis Civitatis Bastiae, ad effectum eas erogandi in Beneficium Ecclesiae iuxta mentem, et mandato expediendo ab Epo

Interim Illmus D. mandavit exhiberi Inventarium Bonorum et reddi rationem v. P.3 fol. 380

De Altari Maiori

Dicatum est Deo in honorem S. Titularis, et in eo Societas tenetur celebrari facere missas infras nempe

Missas quinque

Missas quinque Lectas, et Cantata pro q. Mari Ant.o Gaudiani
Missas quinque similes, et Cantata pro q. Catherina Zorzij de Codeano
Missas quinque pro q. Andrea Tomai
Ipso Altare mandauit prouideri de tela cerata, et stragula, et reaptari Balldachinu sub pœnis
Tenet insuper Societas celebrari facere p. Cappellanu cu eleemosina scutorum decem, et octo missas duas qualibet hebdomada cu Applicatione Sacrificij pro Confratribus, et una singulis Dominicis, et festis de præcepto pro Benefactoribus

De Altare S. Caroli, siue B. Mariæ de Cancellata

Caret onere missarum, Illmus, mand. reaptari mensa, et prouideri de tela cerata, et stragula sub pœnis

De Sacristia

Inuenit sufficienter prouisam

De Tota Eccla

Mandauit reuideri Tectum, et fieri diligentias ad effectu remouendi humiditatem, totamque Eccla dealbari infra duos menses, sub pœnis

De Monte Frumentario

Erectus fuit de licentia Epi sub die 20 Januarij 1651 cu quantitate rubrorum decem frumenti ex pia dispositione q. Andreæ Tomai, p.t ex lib. Beneficialium